PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 143r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



excedas. Ne in moderacione lingue
periculum incurras. Multa loqui non
affugiunt culpam. Multiloquium non
declinat peccatum. Fluvius mundans
cito colligit lutum. Ultra modum mar-
nauis periculum petit ymbrium immetas
periculum suscitat. Linguosus homo im-
peritus est. Sapiens paucis utitur verbis.
Breuem sermonem sciencia facit. Loqui
multum stulticia est. Vox insipientis
in multiplicacione sermonis. Maneat
igitur in verbo mensura in sermone
statera. Semper sint verba tua modera-
ta modum loquendi non transeas. Abs-
tule ergo eciam lingue vicium detra-
hendi. Alienam vitam detrahendo non
Laceres. De malo alieno os tuum non
coinquines. Non detrahes peccanti
sed condole. Quod in alio detrahis in te
pocius pertimesce. Detractio graue vicium
est. Detractio graue peccatum est. Detractio
graue crimen est. Detractio grauis dam-
nacio est. Hoc omnes reprehendunt. Hoc omnes
vituperant. Hoc fetidius nihil est. Hoc
summe turpitudinis. Quando aliquid aliis
detrahis teipsum discute. Quando alium
mordes tua peccata redargue. Si vis
detrahere tua in te peccata retorque non alterius

143